

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

annum securitatis et quietudinis et aptabunt res: erit bonum in honoribus et iusticia et largitas et rectitudo atque pax. Si autem fuerit recepta inminent multum et bonum a regibus et dimitibus atque magnatibus et diligentibus reges futuri et obedient ei: et multiplicabunt nuptie et erit in mulieribus gaudium et alacritas. Si autem fuerit impedita significat paucum bonum in anno illo et erunt tunc motus in diuersis terris ex quibus cadent edificia: eritque bellum licet modicum et tristabit rex illius regionis et accident ista in regione deputata et ex illi mate. Si vero fuerit impedita hora reuolutionis significat impedimentum ac malum esse omnium predictorum. Et dixit albumasar si fuerit in signis humanis impediatur quicquid est eius ex hominibus. Si fuerit in signis terre destruetur quicquid est eius ex substantia terre. Si fuerit in signis aeris destruetur quicquid est eius ex substantia aeris. Si fuerit in signo aquatico destruetur quicquid est eius ex substantia aque. Et dixit et si fuerit in loco mali fortuna uentura in finem tuam et die in loco mali bonum et in loco iniusticie iusticiam. Et dixit aspice quoque planetam impediens eam in quali signo sit et commisce eum querere super eum finem quod patefactum est tibi in re iaturni.

¶ Caplin. 98. quid significet venus in ynaquaque domo in reuolutione anni siue ipsa sit domina anni siue non.

Quam fuerit venus in reuolutione in primo et ipsa bonum esse ac bene disposita tunc significat quod erunt homines similiter et nati in dilectionibus et gaudiis atque voluptatibus et delectabunt in comestionibus et potationibus: et studebunt in pulchro modo viuendi tam victualium quam indumentorum et in apparitione atque ostensione indumentorum seu ornamentorum corporis et visu annulorum et montium et similia et rerum odoriferarum et apparitione rerum honestarum et in omnibus in quibus delectantur homines. Et si fuerit in secundo significat utilitatem et acquisitionem causa mulierum et ex mulieribus et profectum causa illius acquisitionem.

¶ At si fuerit in tercio significat oblivionem religionis et quod parum curabunt homines de ipsa similiter et natus: et incontinentiam venerei cultus et iram qui sequuntur illa de causa: et quod ex hoc perpetrabunt multa mala opera et quod turbabunt amicos ad illa facienda. Et si vero fuerit in quarto dicit albumasar significat merorem et tristitiam in merito rerum ex parte matris et finis erit laudabilis. Et in quinto vero significat detrimentum causa filiorum in principio reuolutionis sed in fine laudabitur et vertet in gaudium. Et in sexto autem dicit albumasar significat infirmitates et tribulationes ex parte

